



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvtiensis Ordinis S.
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac
sumptu haud ita modico ...**

Rupert <von Deutz>

Colonia, M. D. XXVI.

VD16 R 3796

De tribus filijs Noe ex q[ui]bus reparatus est orbis, & q[uo]d ualde
nota[n]du[m] e[st], trina enu[n]ciatio[n]e renouatu[m] sup[er] eos
[ver]bu[m] b[ene]dictio[n]is, q[uo]d deus sup[er] primos ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

XLVI. RUPER. ABBA. DE GLORIFI. TRINI.

pro exemplo siue testimonio sit, quod in canonica legimus epistola Iudee Apostoli. Prophetauit autem de his septimus ab Adam Enoch dicens. Ecce uenit dominus cum sanctis milibus suis, facere iudicium contra omnes inique agentes, & cetera. Quae propheta & si de notis non habet exemplum literis: ante illam epistolam Apostoli, non tamen leuiter potest contemni, quod Apostolus Christi prophetatum fuisse scriptis, & per spiritum sanctum scire potuit.

Item de charismatibus spiritus sancti, quod illo tempore & post illud tempus ante aduentum spiritus sancti in remissionem peccatorum datus non fuerit quodq; data t que tunc preparationes fuerint regenerationis, qua nunc sunt filii dei, & de eo quod ait beatus Job de illis, quia concepti non viderunt lucem. Cap. XII.

Gene. 6.
Filiij dei, de
stirpe Seth, sis
lix homi, de
stirpe Cain.

Hebr. jj.

Differentia in
ter ueteres &
nouos in dos
nis spūs sancti.

Actu. jo

Gene. 6

A Is & alijs charismatibus suis spiritus sanctus homines illustrando, sine dubio multitudinem iam tunc fecit filiorum dei, quamuis paucos, quamuis tantum duos aut tres ante diluvium manifeste scripture nominauerit. Cum enim coepissent (ait) homines multiplicari super terram, uidentes filij dei filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant, filios dei illos, q; de stirpe Seth; & filias hominum illas nominans, que de stirpe Cain procreatae fuerat. Veruntamen quis filij dei iam tunc nominati fuerint, propter fidem & propter cetera (de quib; diximus) charismata spūs sancti, nō iam tunc eadem charismata hoc perfecerunt, ut essent filii dei, sed præparatiōes erant generatiōis, immo regenerationis, filiorum dei, in quo consummati sunt tam ueteres q; noui, deo prouidentes (ait apostolus) ut nō sine nobis cōsumarentur. Nam per sanguinem huius solius, tam illi, q; nos, spiritum sanctum in ista gratia, quæ est remissio peccatorum, accepimus. ¶ In quorum, uidelicet ueterum & nouorum, distinctione illud perpendere pulchrum est, quia cum (sicut alio iam loco diximus) duo sunt data sancti spūs, alterum in remissionem peccatorum, alterum in divisiones gratiarum: ueteres prius in divisiones gratiarum q; in remissionem peccatorum acceperunt, noui autē, scilicet nos, qui post passionem Christi renascimur aut renati sumus, prius in remissionem peccatorum q; in divisiones gratiarum accepimus, præter Cornelium de Actibus apōlorū, & eos qui cum illo erant, super quos, antequām baptizarentur in remissionem peccatorum, cecidit spiritus sanctus, & erant loquentes linguis, & magnificantes deum. Ratio quippe temporis hoc exigebat, propter eos qui crediderant ex Iudeis, & gentiles nisi circumcidere rentur, ne licet illis, uidelicet creditibus ex Iudeis pertinacius dicere, quare introisti ad uiros præputium habentes, magisq; daretur libertas Petro, ut diceret ad eos. Quis prohibebat baptizari eos qui eos spiritum sanctum acceperunt sicut nos? Itaq; de illis, scilicet, de ueteribus sanctis siue filiis dei, maximē qui ante diluvium fuerunt, recte dicas illud mysticum beati Job, quia concepti non viderunt lucem. Gratia namq; spiritus sancti (qui est ipsa benedictio patris & filii, quia benedixit deus masculum & feminam dicens, crescere & multiplicarnini) sterilis quidem deinde nunquam fuit, quin tanquam maternus uterus conciperet filios dei, sed quia non peruererunt ad iam dictā remuneracionis diem, immo nec cogniti sunt mundo per alicuius scripturā narrationem, nimilitum quasi concepti non viderunt lucem. Proinde his omissis, iam ad cetera transeamus.

Te tribus filiis Noe, ex quibus reparatus est orbis, & quod valde notandum est, tria enunciatione renovatum super eos verbum benedictionis quod deus super primos homines edixit, & quod Cham, naan porius pater q; ipsum Cham maledixit. Cap. XIII.

N Oe vir iustus atq; pfectus fuit in genitōibus suis, Cū deo abulauit, & genuit tres filios Sem & Cham & Iaphet. Ex istis tribus hoib; reparatus est orbis & qd ualde notandum est tria enūciatioē renovatum est sup eos verbū bñdictōis, qd deus super hoies primos edixit. Egregere (ingt de° ad Noe) de archa tu & uxori tua, filii tu & uxore

& uxores filiorum tuorum tecum, & ingredimini super terram. Crescite & multiplicamini super eam. Itemque secundo: Benedixitque deus Noe & filius eius, & dixit ad eos: Crescite & multiplicamini, & replete terram. Ac deinde tertio: Vos autem crescere & ingredimini super terram, & replete eam. ¶ Nonne ergo trinitas quae illuc se ostenderat in sermone, ipsa hic se ostendit in opere? Nam illic dicendo, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & ecce Adam quasi unus ex nobis factus est: nimirum se ostendit in sermone & hic reseruatos habentes filios Noe, & benedicens eis trina benedictione, ut essent initia tantae rei, scilicet reparandi generis humani, profecto se ostendit in opere. Nec uero sacramentum hoc imminuit culpa unius ex illis tribus viris, sicut nec praeuaricatio Adae destruit sacramentum uerborum eius, quae dixerat: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Vnde Apostolus, sacramentum (inquit) hoc magnum est, ego autem dico in CHRISTO & in ecclesia. ¶ Quapropter ualde notandum, quod pater Noe, cum didicisset quae fecerat ei filius suus Cham, non dixit, maledictus Cham: sed maledictus (ait) Chanaan, seruos seruorum erit fratribus suis. Nec enim decebat, ut in illum maledicti plenum mitteret homo sapiens, in quo deus benedictione dederat inter fratres suos, benedicendo simul omnibus illis tertio, sicut iam dictum est, & dicendo, Crescite & multiplicamini: sicut nec ipse deus, postquam eodem modo benedixit Adam & Euam dicens: Crescite & multiplicamini, uerbum benedictionis ita in contrarium mutauit, ut diceret ad eum, quod postea dixit ad Cham, nunc igitur maledictus eris super terram. Et ad serpentem, quia fecisti hoc (ait) maledictus eris inter omnia animalia & bestias terrae: sed maledicta (inquit) terra in opere tuo. Nimirum sicut deus incommutabilis non ad ipsum, cui benedixerat, dignum iudicavit dicere, maledictus eris, sed, maledicta terra in opere tuo, dicere maluit: sic homo dei uitauit dicere, maledictus Cham, cui deus benedixerat, & maluit dicere, maledictus Chanaan. ¶ Quare autem, cum haberet Cham etiam alios filios, sicut scriptura dicit. Filii autem Cham, Chus & Mesraim, Futh, & Chanaan, istum potius sub maledicto esse Moyses scripsiter, dicere nunc ex abundantia est: tamen breuiter dicendum, quia tunc temporis Israhel egressus ex Aegypto, ducebatur in terram Chanaan, & implebantur pecunia Chanangoz: sic circa, ut sciret Israhel, auxiliu domini ad delendum eos sibi non defutus, scire etiam debebat genus illud fuisse maledictum, antequam natum.

Be illius intentione iudicii, scilicet diluvii, quod in illa subluceat splendor sancte trinitatis, textum littere diligentius inspicienti.

Caput .XIII.

Vidiamus autem certius, quia non casu sed per prouidentiam sanctae trinitatis Noe tres filios genuit, & ex huiusc numeri hominibus, reparatus est orbis, ipsam diligentius literam perspiciamus in illius intentione iudicii, scilicet diluvii. Nam ubi dictum est: Videntes filii dei filias hominum, quod essent pulchrae, accepérunt subiuxores ex omnibus quas elegerat, continuo sequitur. Dicitque deus: Non permanebit spiritus meus in homine in eternum, quia caro est. Moxque repetita quae relata illa permixtione filiorum dei cum filiabus hominum, protinus sequitur. Videntem autem deus, quod multa malitia hominum esset in terra, & cetera, usque penitentem enim me fecisse eos. Continuo subiungens scriptura, Noe uero inuenit gratiam coram domino, & genuit tres filios, sic ait. Cuncti uidisset deus terram esse corruptam, dixit ad Noe: Finis universae carnis uenit coram me, fac tibi archam de lignis levigatis. ¶ Quem non delectet proximo do sine intentio & praesentis operis, quod etiam hic forte non putabatur, lucere splendor apparuit sanctae trinitatis. Denique tam breui, ecce tertio nomen dei, dum dicitur, dicitque deus: Videntes autem deus, cuncti uidisset deus. Quid hic deest de manifestatione trinitatis, nisi quod circa, quia oportebat (sicut in exordio diximus) hunc thesaurum in isto agro scripturarum esse absconditum, tacitum est de relativis nominibus, ut non diceretur, dicitque pater deus, videntes autem deus dei filius, cuncti uidisset deus pater & filii spiritus. Denique si hoc totum scriberetur, tunc non potuisset portare mundus, faciesque Moysi nimis cornuta & splendida fuisset, & longius ab eo fugisset scandalizatus Israhel. Nunc uelut uultus eius

Exo. 34
suble,

Gene. 8
Gene. 9
Ibidem
Trinitas p[ro]pt[er] in sermone R[ati]onem in ope ue teristestamen ti ostensam.

Gene. 2.
Ephe. 5.
Gene. 9.
Noe cur non
Cham sed
Chanaan ma
ledixit,

Gene. 4.
Gene. 5.

Cur Noe cha
naan & no a
is filius Cham
maledixit,
Gene. jo

Gene. 6.

Trinitatispla
dor, in uerbis
dei ad Noe,